

Ego vero, cum opus illud editurus essem, eius exemplum in academiam Parisinam, omnium doctrinarum parentem, mittere decreveram. Sed dignum non putavi, quod tantae sapientiae tantisque ingeniis proponeretur. Tamen apud serenissimum regem sunt, qui habent: dominus Guillelmus, qui superiori anno orator regius hic fuit, dominus 5 Albiensis et alii, a quibus, si placuerit, et habere et legere librum licebit. Cum domino Turonensi de negotio imprimis loquendum. Ille enim, nescio quo rumore persuasus, nos Platonem e virgine natum affirmasse animo perturbatus est, ut accepimus. Id vero falsum penitus deprehendet, cum vel librum in manus sumet, vel quod hic responsum est intelliget. Valet.

Ex Urbe, die 13. Decembris 1470.

## 72. Bessarion Cardinalis

### Guillelmo Ficheti.

Audimus non solum in philosophia et sacrarum litterarum cognitione vos elaborasse, sed etiam in eloquentiae studiis dicendique ratione diu versatos, eaque mirifice delectari. Quo in genere, etsi nihil habemus, quod magnopere capere debeatis, tamen mittere statuimus orationes quasdam hoc tempore a nobis editas pro gravissimis periculis, quae Italiae Christianisque omnibus imminent, non magis quidem ut vel sermonis puritatem vel orationis vim ac praestantiam desideretis, quam ut intelligatis, quanta malorum procella in christianae reipublicae capita et fortunas impendet, remque et apud serenissimum regem et apud alios, qui opem ita maxime ferre debent, ut possunt, explicetis totam ac persuadeatis, quod potius acerbum est quam obscurum, non exarsuram Italiam tantis malorum incendiis, quin flammaram globos longius evomat. Id ne accidat, cum regnorum omnium causa optare debent,

5 Ioannes Gaufridi, ep. Albiensis et S. R. E. card. († 1473). | 7 Elie de Bourdailles O. Min., aep. Turonensis († 1484). | 8 cf. Bess. In Cal. Plat. IV 1, 14. — Nicolai Per. Refutatio deliramentorum Georgii Trap. c. 28.

13 *Suprascriptio*: Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus, reverendo et doctissimo patri, magistro Guillelmo Ficheti, sacrae theologiae professori in collegio Sorbona Parisii, amico nostro carissimo.

Ep. 72. Am gleichen Tage, da Bessarion den vorhergehenden Brief an Fichet richtete (13. Dezember 1470), ließ er ihm mit dieser kürzeren Nachschrift seine Orationes ad principes Italiae zugehen. Handschriftliche Überlieferung wie oben S. 552, ferner: Turin, Cod. gr. 1165 (membran. saec. XV), zusammen mit der Epistola Ficheti ad Sabaudiae duces den Orationes Bessarions vorangestellt; gedruckt bei Migne PG 161, 641—646. E. Legrand, Cent-dix lettres de Fr. Filelfe. Paris 1892, p. 226.

quorum salus in discrimen adducitur, tum propter immortalem Deum, cuius religio sanctissima vexatur ac trahitur ad interitum, magna Christianorum omnium clade. Valete.

Ex Urbe, die 13. Decembris 1470.

5

**73. Bessarion Cardinalis  
Guillelmo Ficheti.**

Reverende pater, amice noster carissime, cognovimus ex litteris vestris Georgii Trapezuntii deliramenta in opus nostrum istuc allata fuisse. Ea ut olim contempsimus, ita nunc a pravo et iniquo animo  
10 profecta esse facile perspicimus. Cum suam calumniam hic facile derideri posse intelligeret opere nostro eius mendacium et vanitatem aper-  
tissime redarguente, alio confugit. Vestram vero epistolam magnopere sumus delectati. Eloquentiam enim, sapientiam ac observantiam in nos  
eximiam facile præ se fert. Nam et elegantia sermonis, quicquid est  
15 in causa, exponitis et singulari prudentia calumniatoris fraudem facile  
deprehendistis nostro etiam opere non inspecto et eximia in nos be-  
nivolentia partes nostras defenditis ac dignitatem tuemini. Idem cum  
nomine vestro olim nuntiasset magister Guillelmus, poenitentiarius nos-  
ter, dedimus ad vos statim litteras cuidam Michaeli, familiari bonae  
20 memoriae R<ichardi> domini Constantiensis, qui pro domini negotiis

5 *Suprascriptio:* Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus, reverendo et doctissimo patri, magistro Guillelmo Ficheti, sacrae theologiae professori in collegio Sorbonae Parisii, amico nostro carissimo.

20 Richard Olivier. Bischof von Coutances, gestorben als Kardinalbischof von Porto 1470.

Ep. 73. Auf die beiden ersten Briefe Bessarions (n. n. 71. 72) hatte Fichet am 13. Februar 1471 geantwortet. Tatsächlich habe Trapezuntios unter dem 5. Juni des vergangenen Jahres durch seinen Sohn Andreas einigen Professoren der Pariser Universität sowie ihm persönlich einen Brief und Auszüge aus seinen Annotationes zu Bessarions *In Calumniatorem Platonis* vorlegen lassen. Den Brief habe er sofort zur Seite gelegt, weil er nur Neid und Gift herausgeföhlt habe. Die Annotationes, namentlich das ungeschliffene Vorwort habe den Verfasser als einen höchst unerfahrenen Menschen erkennen lassen. Mit seinem ersten Werk, den *Comparationes*, setze Georgios, ohne zu Aristoteles' Verherrlichung beizutragen, Plato in nichtswürdiger Weise herab. Zu bemerken habe er, daß neuerdings einige Schüler des Georgios dessen Rhetorik in Paris zu verbreiten suchten. Er habe aber diese wie die Auslassungen gegen Bessarion in seinen Vorlesungen zur Genüge gekennzeichnet (Ep. 3. bei Legrand l. c. 226—230).

Für diese Mitteilungen dankt Bessarion am 22. März 1471 mit nachfolgendem Brief. Gleichzeitig schickt er ihm Perottis *Refutationes*. Auch sein Werk *In Calumniatorem* hätte er ihm gern geschickt; doch lasse sich das im Augenblick nicht bewerkstelligen. Er möge es bei dem Bischof von Albi einsehen, dem er es bereits zum Geschenk gemacht habe. — Der Brief handschriftlich vgl. oben S. 552, gedruckt bei E. Legrand, l. c. 230 s.

ad serenissimum dominum regem proficiscebatur. Simul misimus libellum quendam, quo quidam e nostris calumniatoris infamiam et refutavit et explosit. Quod autem et depravata et falsa sint omnia, quae Georgius recensuit, vel opus nostrum plane indicare potest. Id mittere cupiebamus, sed nunc tuto fieri non potuit. Scripsimus autem ad reverendissimum dominum Albiensem, ut vobis librum elargiatur, quem istuc ipsi dono misimus. Alterum ei restituemus, cum venerit in Urbem. Ex eo facile percipietis calumniatorem frustra in eo elaborasse, quod, antequam scriberet, penitus erat repudiatum et eversum. Deditus una cum litteris orationes quasdam a nobis hoc tempore perscriptas de periculis Italiae imminentibus, ut eas principibus, qui istic sunt, ostenderetis, quo labenti rei christianae succurrerent, quae omnis maximo in discrimine versatur cum alibi, tum in Italia. Nam etsi in hanc unam hostis incumbere videtur, tamen infinitum malum serpet latius, neque tanti tempestatum fluctus ita in hanc orbis partem inundabunt, quin ad peregrinas nationes eodem impetu perducantur. An haec omnia reddita fuerint, per litteras vestras scire exspectamus. Bene valete.

Ex Urbe, a. d. XI Kal. Aprilis 1471.

#### 74. Bessarion Cardinalis Guillelmo Ficheti.

Venerabilis docteque vir, amice noster carissime, cum scire cuperemus vehementer, an vobis redditae fuerint et orationes a nobis editae pro christiana fidei dignitate et refutationes calumniarum in opus nostrum in philosophiae Platonicae laudem conscriptum, — haec enim omnia iamdiu vobis misimus — forte fortuna venit huc quidam ex numero secretariorum christianissimi regis, qui nobis affirmavit sese vidisse orationes in vestris manibus vestra opera impressas et traditas compluribus. Quod cum ita sit, coniecturam fecimus refutationes quoque, quae una cum iis datae fuerunt, ad vos fuisse perlatas. Iis etsi

20 *Suprascriptio*: Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus, venerabili doctoque viro, magistro Guillelmo Ficheti, sacrae theologiae doctori in collegio Sorbonae Parisii, amico nostro carissimo.

Ep. 74. Durch einen in Rom eingetroffenen Gesandten des Königs von Frankreich hat Bessarion erfahren, daß Fichet Perottis Refutationes sowie seine Orationes habe drucken und verbreiten lassen. Er bittet nunmehr (am 31. August 1471) um jenen Brief, den Trapezuntios durch seinen Sohn in Paris hatte verbreiten lassen. Weiter teilt er Fichet mit, daß er ein gleichzeitiges Schreiben an den König gerichtet habe, dieser wolle ihn beim Papst für ein frei werdendes Benefizium in Vorschlag bringen. — Der Brief handschriftlich vgl. oben S. 552, gedruckt bei E. Legrand, l. c. 232 s.



minime res et causa nostra egere videbatur, cum omnia erant conficta et vanitatis et mendacii plena, tamen optabamus magnopere, ut a vobis legerentur. Itaque hoc nuntio et laetati sumus et humanitati vestrae agimus gratias, qui lucubrationem nostram tanti feceritis, ut putaveritis dignam, quae apud multos esset.

Rem vero gratissimam facietis omnino, si ad nos perferendam curaveritis epistolam illam ipsam primam, quam filius Trapezuntii misit istuc, in eoque efficiendo ut ponatis operam et studium, rogamus.

Quibusdam argumentis et testimoniis persuasi sumus christianissimum regem benivolentia et gratia erga nos affici. Nos vero nihil potius agendum putavimus, quam ut ab eo peteremus favorem et beneficia in vos. Itaque dedimus litteras ad eius maiestatem, quas cum his coniunximus, rogavimusque, ut, si quod beneficium istic vacare contingerit, statim vel pro vobis scribat ad pontificem maximum vel curet ab ordinario conferendum. Nam multa et ampla ordinarii nonnumquam dare consueverunt. Hoc nobis admodum curae est, quod vos non modo pro virtutis vestrae dignitate, sed nec ulla quidam ex parte beneficia habere audimus. Eritis igitur attentis et vos et vestri; et, cum primum existet aliquid, dabitur operam, ut vel favore vestrorum in curia regia, vel aliqua alia diligentia christianissimi regis litterae pro vobis ad nos mittantur. Favebimus enim, quanto poterimus studio, ut vos afficiamus beneficiis. Reddetis vos ipsi litteras domino regi, eiusque clementiae et nos et vos commendabitis. Bene valet.

Ex Urbe, die ultimo Augusti 1471.

### 75. Bessarion Cardinalis Guillelmo Ficheti.

Reverende pater, amice noster, litteras vestras accepimus, quibus nobis commendas fratrem quendam Rubertum Gagginum, quem — quia litterae vestrae ita nobis faciunt commendatum — libentissime vidimus, eique omnem favorem nostrum obtulimus causa vestra, quamvis eo non indiguerit, quod ei non fuerat opus. In his autem litteris vestris, quas nobis frater Rubertus, de quo initio diximus, reddidit,

*25 Suprascriptio:* Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus, reverendo patri, domino Guillermo Ficheti, in sacra pagina magistro, amico nostro carissimo.

Ep. 75. Bessarion nimmt gern die Empfehlung Fichets für einen gewissen Robert Gaguin entgegen. Zu seinem Bedauern sei aber ein anderer Bote, den er in seinem Schreiben erwähne, mit Briefen und Schriften bei ihm nicht eingetroffen. Er wisse daher nicht, ob sein Werk *Contra Calumniatorem*, das er ihm inzwischen hatte zugehen lassen, zu Fichet gelangt sei (29. November 1471). Der Brief handschriftlich vgl. oben S. 552, gedruckt bei E. Legrand, l. c. 233.

scribitis familiarem vestrum cum litteris et scriptis vestris ad nos mississe. Quem adhuc minime vidimus, qui numquam apparuit nec ad nos venit. Dolemus et illius vicem et nostram: illius, quia timemus, ne aliquid ei forte in via acciderit, quominus ad nos venit; nostram, quod opus illud vestrum, quod legere plane desiderabamus, non est nobis delatum, neque litterae vestrae, quibus certo scire possemus, an scripta nostra contra calumniatorem et epistolae, quae tibi misimus, ad manus vestras pervenerint necne.

Superioribus etiam temporibus nuntiis regiis litteras dedimus et ad maiestatem regis Francorum in favorem et commendationem vestram ad te, quas simul ligatas ad te dedimus deferendas, nec percipimus, an redditae fuerint. Bene vale.

Ex Urbe, die XXIX Novembris 1471.

**76. Bessarionis  
Cardinalis Nicaeni.**

A 8 Verba illa non Ioannis Baptistae, sed ipsius regis ad Ioannem Baptistam respondentis ad litteras eius sunt, qui te in eius fatetur optime de se meritum. Quod vero petis, agam libenter scribamque maiestati eius oportune. Sipontinum vero, quod a te tali patre tantopere diligitur, felicem puto. Quaesturam vero pontificalem non ei futuram honori nec dignitati tuae latere non credo. Multa licebunt tironi nepoti, quae non convenirent veterano avunculo. Scio animum eius, scio et meritum. Non ignoro conditionem temporum. Nonnulla subire poterit nepos, quae avunculus non subiret nec deberet, nec ego vellem pro dignitate eius. Deus providebit de eo, habet pontificis benevolentiam, amorem tuum et meum. Providebitur ei, quem et me simul unice tibi commendo, litterasque tuas plenas et sapientia et caritate et fortitudine animi mihi continue comites itineris conservabo in remedium et antidotum contra dissuasionem aliorum, maiestatis regiae, dominii Venetorum, comitis Urbini, aliorum quasi omnium privatorum amicorum, qui me quotidie expugnare conantur. Hodie multis multorum rationibus semifractus vesperi respiravi tuis litteris acceptis. Vix enim liberam vocem audivi

21 tuae ] te P | tironi ] Tironi P

Ep. 76. Der Empfänger des Briefes ist nicht genannt. Er scheint, wie die Ratschläge des Kardinals andeuten, noch jünger, aber Inhaber einer kirchlichen Würde zu sein. Die Erwähnung des Königs, d. i. von Frankreich, des dominium Venetorum und der anderen, die Bessarion täglich in Anspruch nehmen, lassen hauptsächlich auf die erneute Behandlung der Türkenfrage schließen.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 8 (= A). — Druckausgabe: G. Palmieri: Il Muratori III (Roma 1895) p. 106 p. (= P).

viri senatorii fortis et magnanimi, pontificis et religionis alumni. Ante discessum saepius adhuc scribam vestrae dignationi, quae feliciter valeat.

Roma 6. Ianuarii 1472.

5

B. Cardinalis Nicaenus.

**77. Bessarion Cardinalis  
Guillelmo Ficheti.**

Reverende pater ac praestantissime vir, amice noster carissime, <accepimus> ternas abs te litteras, quibus respondeam, de variis quidem rebus  
10 scriptas, sed tamen omnes unam et praestantissimam erga nos observantiam prae se ferentes. In his quod de libro tuo scribis, eum libentissime accepimus et vidimus magno studio. Est enim elegantissime conscriptus et praecepta dicendi continet, quae, cum a Cicerone et Quintiliano Latinis vel ab Hermogene Graecis satis explicata viderentur, tu industria  
15 tua et doctrina singulari Gallos docuisti, quae cum optent Athenienses, tum mirentur Romani. Equidem ardebam incredibili desiderio librum hunc legere, cum primum de eo pauca quaedam significasti. Ignorabam tamen tantam doctrinam in eo esse ac tam elaboratam dicendi rationem. Unum illud habebam animo statutum nihil a te proficisci posse,  
20 quod non esset doctissimo homine dignum. Fatebor ingenue, tu meam superasti expectationem cum operis magnitudine tum praestantia. Quam si olim habuissem cognitam, onerassem te profecto quotidianis litteris, ut opus et absolveres et mitteres mihi. Tibi quidem omnes latinae linguae studiosi plurimum debent. Ego, quod ad me attinet, gratias  
25 tias habeo atque ago immortales.

4 6. Ianuarii] A om. 1472 | 5 A *Suprascriptio*: 1472. Ian. Niceni manu sua Roma.

6 *Suprascriptio*: Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus reverendo patri, domino Guillermo Ficheti, in sacra pagina magistro, amico nostro carissimo.

Ep. 77. Inzwischen hatte Fichet dem Kardinal seinen Kommentar zu den antiken Rhetorikern zugehen lassen. Eine Verzögerung war dabei durch den augenblicklich herrschenden Krieg eingetreten. Der Brief, der diese Mitteilung bringt (bei E. Legrand n. 7, p. 234 s.), ist ein Widmungsschreiben. Es trägt die Randbemerkung: »Praefatio libri, quem B. misi«.

Im vorliegenden Brief vom 13. Februar 1472 dankt Bessarion für dieses Geschenk. Beim Papst, dem er seinen Kodex zurückgegeben, habe er ihn bestens empfohlen. Mit seinen »Reden gegen die Türken« suche er nicht seinen Ruhm, sondern wolle er der Sache dienen. An der geplanten Legationsreise nach Frankreich habe ihn Krankheit verhindert. Erneut erinnert er an sein Platowerk, das er lesen möge. Er verspricht Fichet nochmals sein Bemühen, ihm ein freigewordenes Benefizium zu verschaffen. Zum Schluß gibt er eine Erinnerung über Andronikos Cantoblas, der in seinem Hause verkehrt, sich aber als undankbarer Mensch erwiesen habe. Der Brief handschriftlich vgl. oben S. 552, gedruckt bei E. Legrand, l. c. 235—238.

Mohler, Kardinal Bessarion. III.



Suum codicem reddidi pontifici maximo nuntio tuo praesente et magistro Guillermo, homine tibi amantissimo. Non egebat commendatione liber, qui per se est ornatissimus. De te vero ac tua virtute excellenti in reddendo verba feci, de qua eram etiam antea locutus cum pontifice. Is optime de te sentit cupitque et testimonio de te meo et suo iudicio de tua eruditione, quam vel ex hoc opere perspexit et admiratus est, aliquando satisfacere, idque profecto faciet, cum primum occasio sese obtulerit, et ego nusquam deero pro mea in te benivolentia et amore.

Meas orationes tanti fieri istic laetor quidem vehementer, non tam studio gloriae alicuius comparandae, quam cupiditate persuadendi. Sunt enim illa vera et necessaria, quae si principes nostri audiverint, salutem suam tuebuntur et incolumitatem in gravissimis positam periculis et malis. Debeo tamen imprimis humanitati tuae et fidei erga me, qui ista fecisti tua auctoritate graviora. Nihil enim est, quod a te probetur, quod non optimus quisque et doctissimus tuum secutus iudicium magnificiat. Utinam, ut tu laudi nostrae profuisti, ita nos per te principes excitare possimus et communi causae prodesse. Audivi nomine tuo nuntium sapientissima et saluberrima consilia proponentem ad opem ferendam rei christianae. Equidem tibi assentior et ita prorsus fieri oportere iudico, nullaque ex parte discessissem ab ista sententia, si istuc venissem legatus, quemadmodum eram designatus, id quod te audivisse arbitror. Veniebam spei plenus aliquid proficiendi ac summo studio venerandae maiestatis regiae et te amplectendi. Sed varii, graves, assidui morbi me coegerunt, ut legationem deponerem, quod invitus feci et necessario. Animum autem incitatum labefactato corpori parere oportuit.

Finem scribendi faciam, si unum illud ammonuero et rogavero, ut observes diligentissime, cum primum aliquid vacabit te dignum, faciasque me e vestigio certiores. Plurimum enim hac in re positum est in celeritate, qua qui praestat, solet superare. Scribas velimus in Sabatios ad fratrem tuum et amicos, ut, cum tale aliquid acciderit, extrudant continuo tabellarium cum litteris ad me unum. Nam, cum primum rem intelligam, adibo pontificem et, ut spero, conficiam de negotio. Hoc abs te peto et plane contendo. Non minus enim cupio te ornare beneficiis, quibus vel tu dignus sis pro tua excellenti virtute vel exspectes.

Opus nostrum in Platonis laudem editum ad te dedimus. Quod et legas, velimus, et si qua offenderis, quae in contrariam disputationem trahi possint, tua sapientia tuearis. Secuti sumus, quae probabiliora videbantur graecis et latinis auctoribus, contulimusque totam disputationem ad veritatem potius quam ad assentationem novarum opinionum. Sci- mus de his ipsis rebus nonnullos auctores aliter sentire, ita tamen, ut neque illis omnes assentiantur. In finitum est, ut nosti, de his rebus disserere, cum quotidie existant auctores, qui vel alienis inventis ali-

quid addunt, vel nova aliqua sententia philosophantes alliciunt. Ego vero ad rem, quae mihi proposita erat, haec putavi esse accommodata.

Dominus Albiensis alterum a me accepit librum, posteaquam rediit ex Hispania, cuius copiam tibi facere potuisset, nisi esset doctissimus; 5 nam litterati omnes libros tamquam filios suos amant, non facileque patiuntur eos a se abesse. An librum et hanc epistolam acceperis ex tuis litteris cognoscere cupio. Vale.

Ex Urbe, Idibus Februariis 1472.

Andronicus ille Contoblas, monstrum naturae, ut omnium igna- 10 rissimus contemnendus est. Nihili homo est, et non minus indoctus quam ingratus, quandoquidem parum id, quod scit, domi nostrae didicit et nostro pane nutritus. Valeat cum ingratitude sua!

Die weiteren Briefe Fichets an Bessarion betreffen durchweg sein Bemühen um ein Unternehmen gegen die Türken. Wertvoll ist Fichets Bericht über seine Audienz bei König Ludwig XI. von Frankreich, dem er bei dieser Gelegenheit Bessarions »Reden gegen die Türken« überreichte (n. 10). Er spricht immer wieder die Hoffnung aus, daß Bessarion als Legat nach Frankreich komme (n. 11). Mit weiteren Briefen (n. 15—31) überreichte Fichet Bessarions Reden an eine Reihe von fürstlichen und kirchlichen Persönlichkeiten in Frankreich und Deutschland. Aber auch das In Calumniatorem Platonis hat er bei dieser mehr politischen Tätigkeit nicht vergessen. Er weiß das Werk dem Verfasser gegenüber zu rühmen: »Platonem autem tuum non modo ut oblatum a te sumeret praeceperam, verum etiam ut peteret confidenter, tandemque furtim surriperet, si nequaquam alia ratione posset illud ad me deferre. At vero gratis a te datum mihi que redditum eo gaudio, ea laetitia suscepi, ut deum aliquem mihi videar hospitio excepisse; eiusque legendi tanta me rapuit aviditas ut artem dormiendi per has paschales noctes quaesitam non mihi sed me hospiti quidem Platoni invenerim. Ille me rerum vetustissimarum admiratione (quas nusquam legissem) tenuit inprimis attentum. Flumen sane immensum philosophiae miror Latinos ad hoc tempus latuisse; quo fit ut non maiores Plato (quem e tenebris in apertissimum Latinorum coelum extulisti) quam optimus quisque Latinus gracias tibi debeat« (n. 11, p. 248 s.). Das Platowerk und die Reden legte Fichet auch der Universität Paris vor, deren Rektor dem Kardinal dafür seinen Dank aussprach (n. 14, p. 255).

**78. Bessarion Cardinalis  
Galeatio Mariae Sforclae  
Domino Mediolani.**

Illustrissime princeps et excellentissime domine. Venit istuc ad dominationem vestram illustrissimam Isach, domini Ioannis Argiropuli

33 *Suprascriptio*: B. Episcopus Sabinus, cardinalis, patriarcha Constantiopolitanus, Nicaenus, illustrissimo principi et excellentissimo domino, domino Galeatio Mariae Sforclae Mediolani.

Ep. 78. Eine Empfehlung für Johannes Argyropulos' Sohn Isaak vom 3. April 1472.

Überlieferung: Archivio di Stato in Mailand (Sezione storica: Autografi, Ves-covi, Argiropulo Giovanni). Anrede und Unterschrift auf der Rückseite. Erstmals herausgegeben bei Σπ. Λαμπρός, 'Αργυροπουλεία. 'Εν 'Αθήναις 1910, 322—323.



filius, accitus litteris dominationis vestrae excellentissimae, quem, quia scimus aliquo nomine et existimatione esse apud dominationem vestram excellentissimam, qui ad hunc scripserit, ideo nos quoque commendatione nostra dignum putavimus. Commendamus itaque hominem dominationi vestrae excellentissimae, ut nomini et existimationi, quam 5 ea de Isach nostro concepit, aliquid nostra commendatione addatur, quo sentiat nostram commendationem sibi non fuisse vulgarem. Bene valeat dominatio vestra.

Ex Urbe, die 3. Aprilis 1472.

### 79. Bessarion Cardinalis

#### Prioribus et Communi Civitatis Senensis.

Magnifici viri, amici nostri carissimi, cum ex itinere nostro in Galliam Bononiae essemus, vidimus legatum domini magni Rusciae, qui ad Urbem se conferebat, ut nepotem imperatoris Graecorum pro domino suo desponsaret. Res est nostrae curae et sollicitudinis. Nam prin- 15 cipum Graeciae reliquias ex tanta calamitate servatas cum benivolentia et misericordia semper sumus prosecuti, tum patriae ac gentis communi quodam necessitudinis vinculo omni tempore adjuvandas censuimus. Nunc, si hic legatus sponsam ducet facietque iter per fines vestros, vos rogamus et obtestamur, ut eius adventum honore aliquo celebretis cu- 20 retisque humaniter omnes accipiendos, ut, cum apud dominum suum fuerint, argumenta aliqua afferre valeant amoris populorum Italiae erga hanc puellam. Quod magnam ei gratiam, vobis laudem comparabit. Nobis vero tanti beneficii loco erit, ut pro eo vobis perpetuo debere velimus. Bene valete.

25

Bononiae, die 10. Maii 1472.

10 *Suprascriptio*: Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicaenus, patriarcha Constantinopolitanus, sedis apostolicae legatus, magnificis viris dominis prioribus et communi civitatis Senensis, amicis nostris carissimis.

Ep. 79. Ein Empfehlungsschreiben für den Gesandten des russischen Großfürsten (Iwan III), der nach Rom unterwegs ist, um dort die Verlobung der Nichte des Kaisers von Byzanz (Zoë) mit dem Großfürsten in die Wege zu leiten. Bessarion bittet die Stadt Siena, dem Gesandten bei seiner Durchreise durch ihr Gebiet alle Aufmerksamkeit zuteil werden zu lassen. Vgl. dazu Theodori Gazae Ep. 5, unten S. 577 f.

Überlieferung: Archivio dello stato di Siena, Concistoro, Lettere ad annum 1472. — Druckausgabe: E. Legrand, *Cent-dix lettres grecques de Fr. Filelfe*. Paris 1892, p. 289. Vgl. P. Pierling, *La Russie et l'Orient. Mariage d'un Tsar au Vatican*. Paris 1891, p. 51.

## 80. Bessarion Cardinalis

## Fratribus Domus Caritatis.

Postquam in fraternitatem vestram sum assumptus et initiatus ista sanctissima religione, optavi vehementer pignus aliquod et monumentum meae fidei relinquere, quo et divinae pietati satisfacerem et animo erga vos meo. Quom igitur crux aurea excellenti artificio elaborata, in qua veri ligni particula christianae crucis et eius divinae vestis nonnihil repositum est, mihi delata esset, statui eam donandam domui isti. Nam opus est cum forma ipsa religioni consentaneum, tum  
 10 ornamento tantae domus et religionis amplitudine dignum. Donavi eam superioribus annis donatione inter vivos, sed apud me hactenus retinere volui. In Galliam vero proficiscens legatus reipublicae christianae causa propono mihi et itineris longitudinem et incertum exitum humanae vitae, tutiusque iudico eam crucem vobis relinquere. Ornandam curavi  
 15 argento, quo est conclusa, et adhibendam hastam, ut ad gestationem in supplicationibus sit accommodata, eamque misi vobis, ut in divinae maiestatis honorem, caritatis indicium, fraternitatis nostrae argumentum utamini et exhibeatis populo venerandam, quom aut locus aut tempus postulabit. Iacobus Parleo, Gualterius Iustinianus, Iacobus  
 20 Sceba, nostrarum rerum procuratores, vobis eam afferent nostro nomine. Quam servandam et diligenter custodiendam curetis, oramus in sempiternum domus caritatis et fraternitatis nostrae argumentum, cui hoc opus dicavi pro mea in Deum pietate. Valet.

Bononiae III Idus Maias 1472.

1 *Suprascriptio*: Bessario, cardinalis Nicaenus, fratribus Domus Caritatis salutem.

Ep. 80. Bessarion schenkt am 13. Mai 1472 dem Sodalitium S. Mariae Caritatis zu Venedig, das ihn als Mitglied aufgenommen hatte, eine Kreuzpartikel in einem kunstvollen goldenen Vortragkreuz mit silbernem Schaft. Schon vor Jahren hatte er die Schenkung in Aussicht, wollte aber vorläufig die Kostbarkeit noch in seinem Hause behalten. Nunmehr da er sich zur Legationsreise nach Frankreich rüstet und an die Ungewißheit des menschlichen Lebens denkt — Bessarion fühlte sich längst schon krank —, hält er es für sicherer, das Geschenk jetzt schon auszuhändigen.

Überlieferung: Libro di Testamenti des Sodalitiums zu Venedig. — Druckausgabe: J. B. Schioppalalba, In perantiquam sacram Tabulam Graecam insigni Sodalitio S. Mariae Caritatis Venetiarum a Cardinale Bessarione dono datam Dissertatio. Venetiis 1767, 4<sup>o</sup>, p. 136—141.

**81. Bessarion Cardinalis  
Ludovico Francorum Regi.**

Serenissime princeps et illustrissime domine, domine mihi colendissime. Nusquam deflexi ab instituto itinere, posteaquam sum ex Urbe egressus, ut ad maiestatem vestram pervenirem. Nam meum legationis obeundae officium piissimaque pontificis maximi mandata vix valetudinis curandae inclinataeque aetatis recreandae spatium relinquebant, cum praesertim res gallicae undique tumultus et caedes parturirent, armatique exercitus, quod sine maximo animi dolore scribere non possum, ad cruentam dimicationem in dies magis compararentur. 10

Hac una cogitatione et cura nec salutis meae nec imbecillitatis rationem ullam duxi, cum aut Cinisium montem Alpesque difficillimas superabam aut reliquum iter asperrimum conficiebam. Nullum enim vehiculi genus, nulla acceleratio tanta esse poterat, quantam sedes apostolica meaque in christianum nomen pietas maxime postulabat hac rerum conditione et fortuna. Nam cum pontifex maximus hanc nationem rebus gestis amplissimam multitudineque paene infinitam, cuius opibus ac virtute Dei ecclesia et secundis rebus ornata est et difficillimis temporibus defensa, mutuis seditionibus bellisque labefactari intelligeret, ingemuit vehementer ac pro boni pastoris officio deligendum statuit, qui gregem Dominicum dissidentem mutua componeret pace et quiete, ne impetum faciat saevissimus lupo, cui nomen christianum iam diu est ludibrio. Multi quidem ingenio et sapientia praestantiores mitti poterant, sed qui me voluntate superarent et studio rei conficiendae, pauci. Nam, ut cetera aliis concedam, religionis amore vinci turpe esset cum anteactae vitae, tum praesenti aetati. Cum autem omni itinere admodum suspensus et sollicitus fuerim, ut prius adessem, quam manus consererentur, nunc maxime angor et crucior, quod me quoque tanta celeri-

1 *Suprascriptio*: Bessarion cardinalis serenissimo principi et illustrissimo domino Ludovico, Francorum regi christianissimo, domino mihi colendissimo.

Ep. 81. Bessarion wendet sich, nachdem er auf seiner Legationsreise in Saumur an der Loire angekommen, am 15. August 1472 an den König von Frankreich, dem er nochmals den Zweck seiner Sendung, dabei auch die Gründe der Verzögerung seiner Fahrt bekanntgibt. Wichtig ist ihm in erster Linie die Beilegung der kriegerischen Verwirrungen in Frankreich. Deswegen wolle er sobald als möglich mit dem König zusammentreffen und dann sofort den in den Streit verwickelten Herzog von Bretagne aufsuchen. Zum Schluß empfiehlt er seinen vorausgeschickten Begleiter, den Bischof von Parenzo, der Näheres mündlich vortragen werde.

Überlieferung: Autographum D. d'Heroual (nach D'Achery); Druckausgaben: L. D'Achery, *Spicilegium Veterum aliquot scriptorum, qui in Galliae bibliothecis, maxime Benedictinorum, latuerant*. IV. Paris 1661, p. 401. — Hiernach (fehlerhaft) Migne PG 161, 699'sq.



tate fesso et paene praesente belli saevitia nulla ex parte conquiescit. Utinam uno momento apud maiestatem tuam illustrissimosque duces Burgundum et Britannum mihi adesse liceret, diviso etiam hoc corpusculo in tres partes, ut uno ordine armis repressis de communi dignitate, 5 amplitudine, salute ageretur. Id quoniam fieri non potest, molestissimum est.

Sum omnes aditurus mandato pontificio, ac instituto ordine legationis primum ad te venio, christianissime princeps, quoniam tuae celsitudinis ratio ita poscit. Me conferam deinceps ad illustrissimum ducem 10 Britannum, cum et proximus sit, et strictis prope gladiis proelium impendeat. Maiestatem tuam rogo per maiorum laudem immortalem, per christianissimi nomen, quod domesticum est et haereditarium, per excellentem pietatis et misericordiae gloriam, per Christi maiestatem, qua tanti regni gubernacula iam diu tenes, ut proelio abstineas prorogatis 15 indutiis, quae, ut audio, die lunae insequenti exiturae sunt. Ego paulo post adero Deo duce maiestatisque tuae consiliis religiosissimis et voluntate optima ea meditari et perficere studebo, quae tibi, reliquis omnibus principibus, communi libertati praesidium sempiternamque pietatis laudem videntur allatura. Misi nunc reverendum patrem dominum 20 Bartholomaeum, praesulem Parentinum, virum cum ingenio, tum fide non vulgari praeditum, qui haec meo nomine rogabit exponetque alia nonnulla coram. Oro, ut audias hominem fidemque habeas ac mihi ipsi, si adessem; a me enim proficiscitur et loquitur.

Felix sit maiestas vestra, cui me commendo.

25 Ex Samuro, die 15. Augusti 1472.

Maiestatis vestrae

deditissimus B. cardinalis Nicaenus,  
apostolicae sedis legatus.

## 82. Bessarion Cardinalis

### Duci Britanniae.

Illustrissime et excellentissime domine. Si per aetatem meam et incertam valetudinem mihi celerius isthuc pervenire licuisset, fecissem profecto et libenter et ex mandato pontificis maximi. Eius enim sanc-

29 *Sine suprascriptione* | 32 *pervenire]* *provenire Vast* | 33 *enim]* *N. Vast*

Ep. 82. Am gleichen Tag wie an den König von Frankreich (Ep. 81) wandte Bessarion sich mit diesem Schreiben an den Herzog von Bretagne. Wie dort betont er die Notwendigkeit des inneren Friedens des Landes und berichtet von seiner geplanten Reise zu dem Herzog von Burgund wie zu ihm. Er habe seine Fahrt beschleunigt, um Auseinandersetzungen mit den Waffen beizulegen; doch mußte er erfahren, daß der zwischen dem König und dem Herzog vereinbarte Waffenstillstand von sechs Tagen